

✠ In nomine domini nonodecimo anno principatus domini nostri gisolfi gloriosi principi mense september nona (1) indictione: Ideoque nostefanus filius quondam leoni de loco sassu (2) bona etenim mea boluntatem per hanc cartulam placitum facio tibi leoni presbiteri germano viro meo ut bene laborare et cultare ipsa arbusta et olibeta tua et salvos nobis faciamus et cum vobes et ad manu labore diligenter ut ab odierna die eos laboremus et cultemus nam alia terra vacua qualiter . . . . . contigit omnia et in omnibus tam in monte quam et in plano sit mea potestate laborandi et dominandi et nullam terra sativi vobis dandi preter omni tempore censum qui inde exierit totum et integrum nostefanus seu et meos heredes salvare debeamus absque omni tua amaricatione seu et de tuis heredibus et ipsa vindemia et olibeta per equaliter recolligamus et per equaliter divide inter nos absque ipsa casa et orta que sunt erga ipsa casa unum super ipsa casa et alium ortu est in longu ipsa casa que pergit at finem de hominibus de fundora de sapunianu et huna peciola arbustata subto ipsum pratale. et alia pecia arbustata super ipsum cancellu et proprium nominat ad sorbu iste terre que tibi reserbasti potestatem seu et ad tuis heredibus iterum tamen ut si quobis tempore redire volueritis in eodem loco sassu ad abitandum tam tu qui supra leo presbiter quam et tuis heredibus seu et qui de tuis heredibus nascentur totum et integrum redeat in potestate vestra et de vestris heredibus post fructum recollectum absque omni contrarietate mea vel de meis heredibus tamen dum ibidem vos non abiteritis non abeatis mihi licentiam tollere vel at meis heredibus et alicui dare per nullum

✠ Nel nome del Signore, *nell'anno* diciannovesimo di principato del signore nostro Gisulfo glorioso principe, nel mese di settembre, nona indizione. Dunque io Stefano, figlio del fu Leone del luogo **sassu**, di mia spontanea volontà mediante questo atto stabilisco l'accordo con te presbitero Leone, fratello mio, di lavorare e coltivare bene i tuoi alberi e oliveti e finché saremo in vita di lavorare noi con diligenza e con i buoi e con le mani, poiché dal giorno odierno li lavoreremo e coltiveremo infatti *insieme con* un'altra terra vuota quale . . . . . è adiacente. Tutte le cose e in tutto, tanto in monte che in piano, sia mia facoltà di lavorare e possedere e nessuna dalla terra di seminato di dare a voi salvo in ogni tempo il tributo che di lì dovesse essere pagato tutto e per intero io Stefano e i miei eredi dobbiamo conservare senza alcun rammarico per te o i tuoi eredi. E la vendemmia e le olive raccogliamo in modo eguale e in modo eguale dividiamo tra noi senza la stessa casa e gli orti che sono verso la stessa casa. Uno sopra la stessa casa e l'altro orto è dalla parte della stessa casa che volge al confine degli uomini dei fondi di **sapunianu** e un piccolo pezzo di terra alberato sotto il prato e un altro pezzo di terra alberato sopra il cancello e propriamente si chiama **ad sorbu** queste le terre che riservasti in possesso tuo e dei tuoi eredi. D'altra parte tuttavia se in qualsiasi tempo tu volessi tornare ad abitare nello stesso luogo **sassu**, tanto tu anzidetto Leone presbitero quanto anche i tuoi eredi o anche chi dai tuoi eredi nascesse, tutto e per intero ritorni in possesso vostro e dei vostri eredi dopo il raccolto senza qualsiasi contrarietà mia o dei miei eredi. Tuttavia finché voi non abiterete là non abbiate licenza di togliere a me o ai miei eredi e di

modum ubi bene fuerint ipsa arbusta et olibeta bene lavorata et cultata quomodo supra dictum est et si in ipsa arbusta fuerit necesse ut ibidem aliquid pastenare ita eos nos faciamus. Et obligo me ego super nominatus stefanus quam et meos heredes tibi supranominati leoni presbiteri etiam . . . . et at tuis heredibus seu et qui de tuis heredibus nascentur . . . . et hubi vos in eodem loco ad avitandum redieritis et nos vobis post fructum recollectum contrare aut retornare per quaecumque modum et ipsa res tota et integra aput te non remiserimus quantum mihi at laborandum dedisti tunc spondimus vobis componere viginti solidi vizanteis et hunc scriptum in tale ratione ut super legitur sit firmum et te lupus presbiter et notarius scribere rogabi actu cicianu mense et indictione superscripta

- ✕ Ego petrus presbiter
- ✕ Ego petrus presbiter
- ✕ Ego gregorius

dare ad altri in nessun modo ove bene fossero lavorati e coltivati gli stessi alberi e gli olivi come sopra è detto. E se per gli stessi alberi fosse necessario che ivi sia zappato così noi faremo. E obbligo me stesso sopra menzionato Stefano nonché i miei eredi a te sopra menzionato presbitero Leone anche . . . . e ai tuoi eredi e a quelli che dai tuoi eredi nasceranno . . . . e ove voi tornerete ad abitare nello stesso luogo e noi dopo la raccolta dei frutti osassimo contrastare il ritorno a voi in qualsiasi modo e lo stesso bene tutto e per intero a te non riconsegnassimo per quanto a me hai dato a lavorare, allora promettiamo di pagare come ammenda a voi venti solidi di Bisanzio e questo scritto in tale ragione come sopra si legge rimanga fermo e a te Lupo presbitero e notaio richiesi di scrivere. Redatto in **cicianu** nel mese e nell'indizione soprascritti.

- ✕ Io presbitero Pietro.
- ✕ Io presbitero Pietro.
- ✕ Io Gregorio.

**Note:**

(1) Presentis chartulae indictionem perperam pro nona Notarius supputavit; numerabatur enim X. indictio in mense septembris anni XIX. Gisulphi, scilicet 951 a Christo nato, cum Princeps ipse dominationis societatem auspicatus esset anno 933. Hanc vero societatem initam fuisse sub aprilis anni eiusdem exitum contendit A. de Meo (*App. cronol.* 295) adversus Pellegrinium ac Blasium, quorum prior mense ianuario, alter mense maio ipsius anni, Gisulphum a patre principatus socium nuncupatum fuisse putarunt. Verumtamen cum duo cavensis archivi documenta, condita mense martio anni 959, praeseferant annum 26 dominationis Gisulphi, alia vero, quae in nostro extant Archivo, eodem anno et mense conscripta, annum 27 eiusdem Principis numerarint, hinc colligitur Gisulphum nec ante nec post mensem martium anni 933 paternae potestatis socium evasisse, quo quidem tempore, teste Romualdo salernitano apud Pellegrinium (*Historia principum Langobardorum t. IV. pag. 444*) quadrimus ipse Princeps extabat.

(2) *Sassi* pagus, aevo quo praesens documentum conscriptum est, ad agrum Coemeterii (vulgo hodie *Cimitile*) spectabat, prout e nostri Archivi chartis edocemur, quas heic editas inspicere est sub numeris CXXXVII et CXXXVIII. Cum vero Coemeterium ea tempestate langobardis Salerni principibus subderetur, ut in suis ad Pellegrinium adnotationibus palam fecit Pratillus (*t. V. p. 266*), hinc *Sassum* ipsum iisdem principibus parere debuit.